

Nec tacenda sunt mala proximi nec esse iudicanda. sed
 caritate fratrum in facie redarguendus. non autem
 occulte detrahendus. Quod si obicitur idcirco
 fratrem coram oculis increpare nolle. ne exasperat
 non correctione proficiat. sed magis ex correctione
 scandalum sumat. occurrit diuina scriptura et
 uersa uice hoc magis scandalum esse denuntiat dicens.
Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas. et aduer-
 sus filium matris tue ponebas scandalum. Magis enim
 scandalum sumit. qui se detrahentem intelligit. quam
 qui corripientem sustinet. Et quia non nunquam erra-
 ta delinquentium ad tempus silentio regenda sunt
 ut aptiori tempore corrigantur. propterea subiungit.
Hec fecisti et tacui. Ne autem ex hoc discreto silen-
 cio detractores sibi adplauderent. qui dum sepe occulte
 derogare malunt. nunquam in apta increpatione
 insiliunt. ad huc subinfertur. Existimasti iniqui-
 tatem quod ero tui similis. Ac si diceretur. Iniquum est
 cogitare ut inde detractori similis appaream. unde
 ad tempus reticens nec derogans locum apte correptionis
 expecto. Unde et prius subdit. Arguam te
 statim contra faciem tuam. Veluti diceret. Non est
 innocuo ut tua consuetudo. sed in apto ut est mea
 sollicitudo aptum corripiendi tempus expectans pec-
 catorum. arguam et ei delicta contra faciem illi statim.
At inquis. Non odio sed amore. quem ita in absconditis
 diuini iudicantis reprehendo. Immo magis hunc odium quam non
 diligis. unde detrahis et non corrigis. Quam sit autem